

rariis non timerent, nos dictorum Sarracenorum conatibus, qui extolium multarum galearum noviter armaverant et in mari posuerant pro inferendis nostris et aliis fidelibus dampnis majoribus et iacturis tam in personis quam rebus, que . . . capere potuerant nimis crudeliter et orribiliter destruebant, volentes actrice Dei gracia obviare, galeas duas cum aliis minoribus lignis in civitate Barchinone et alias duas cum aliis similiter lignis minoribus in civitate Valencie armari fecimus contra eos. Ductoribus igitur vasorum nostrorum predictorum una cum quibusdam aliis ducentibus galeas alias Regis Maiorice illustris karissimi consanguinei nostri procedentibus in nomine Domini contra dictas galeas et extolium paganorum illisque inventis in partibus Barbarie Sarracenos predictos viriliter expugnantes illos triumphante Domino devicerunt, quorum pars precipua mortis cruenta doloribus periit, aliis in mari submersis quo credentes evadere se ponebant, aliis per nostros carcere mancipatis et pauci residui ad terram venientes per fuge remedium evaserunt. Nostri autem galeas et cetera vasa marina predictorum Sarracenorum cum suis spoliis accipientes ea inter se ut res et bona hostium | divisorunt, sic quod fol. 13^r nobis et nostris data est desuper a manu Domini hec victoria contra inimicos fidei atque crucis, pro qua cogaudentes nobiscum reddatis proinde Altissimo laudes multas. Datum Barchinone III^o Idus augusti anno Domini millesimo CCC^o XV^o.

B[ernardus] de Aversone m. r.

Tirinice ist Tremecén; der Emir scheint Abderrahman Abu Taxfim zu sein, mit dem Jakob II. sich 1319 neuerdings vertrug; Capmany IV, 67.

Serenissimo et magnifico principi domino Frederico Dei gracia Romanorum Regi semper Augusto benedicto et karissimo filio suo Iacobus per eandem Rex Aragonum etc. salutem et cum paterne affectionis plenitudine felicium succesum incrementa. Litteram a Celsitudine Vestra per manum magistri Pfefer vigellatoris in nostris manibus presentatam letantes recepimus et que ejus tenor continebat audivimus ac plene colligimus intellectu. Et quia de contingentibus vos et serenissimam dominam Elizabet Romanorum Reginam contoralem vestram karissimam filiam nostram felicitatibus ab alto fluentibus, super quibus iam alia scripta vestra recepimus et rescriptiva nostra fecimus, cumulata gaudia sumpsimus, animum nostrum significata huiusmodi novis leticiis renouarunt. Memoratum autem vigellatorem ex suo officioilariter audivimus et eum ad presenciam vestram redire volentem duximus remittendum. Datum Barchinone III^o nonis septembbris anno Domini M^o CCC^o XV.

35.

Barcelona,
1315
Sept. 8.

Bernardus de Auersone m. r.